cum eiusdem mariti sui Vitutoris coniugalis personali assisten et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Gnosum Stanislaum Burzynski fratrem germanum ac Arbitrum Wolrzecki Viri ab eodem fratre suo bonorum Klenodnica quaesitorem de solutione dotis ex interesse eiusdem de bonis Klenodnica et alijs eo spectantibus ipsam legitime concernentibus iuxta intercisam inter se confectam ob praestitam sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit bonisque praefatis paternis et maternis pro interesse tantum praefati Gnosi Stanislai Burzynski abdicit et abrenunciat perpetuis temporibus Sua praesenti personali ratione in praemissis mediante.

Perka Quietatio.

Coram Officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Matthaeus olim Melchioris Zaszczynski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia sibi Nobilis Albertus olim Stanislai Perka duodecem Florenorum Polonicalium debiti pro Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futuro sive alio Festo futuro inscripti anticipando tempus solutionis plenarie et ex integro persolvit ideo ipsum ob sufficientem satisfactionem quietat, liberum facit et inscriptionem cassat annihilat mortificat perpetuis temporibus.

Domanowo Obligatio.

Coram Officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Hedvigis filia olim Mathiae Domanowski consors nobilis Alberti Perka cum eiusdem mariti sui Vitutoris coniugalis personali assistentia sana mente et corpore existens palam publiceque recognovit. Quia Nobili Joanni olim Stanislai Domanowski bonorum in Villa Domanowo consisten In primo campo sex sulcos incipien a Via Piotraszkowska ad metam transversalem tenden inter metas Augustini et Sowins recognitis iacen In alio campo sex sulcos ab areis ad metam transversalem tenden In tertio campo sex sulcos incipien a Via Mienska ad metam transversalem tenden inter metas Ut supra iacen Cum pratis rubetis et omnibus ac singulis eorundem bonorum Utilitatibus attinen et pertinen cunctis exinde quovis modo provenien nullis exceptis in sex sexagenis Polonicalium ad exemptionem obligavit et inscripsit Admitten ei intromissionem realem cum pacifica possessione pallem et nobilibus duos officiose acceptandos Pacem quoque tuitionem et evictionem occasione praemissi facti ab omnibus personis propinquis et remotis toto tempore tenutae eius cavet Sub Vadio simili aliarum sex sexagenarum Polonicalium Et coram Officio praesenti perempta inscriptione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Viri abscribendo et abrenunciando.